



## **Politicorvm Libri Decem**

**Contzen, Adam**

**Colonia, [1621]**

Cap. LIII. Stipendia moderata & certa constituenda.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95437](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95437)

hostium consilia excipere ut su o iussu. Creditum est Hannibali, & veritatis ueritate pro exploratoribus habiti abscessis manibus remissum sunt. Nec modo hoste, sed proprium etiam militem celare & decipere boni Imperatoris est. M. Licinius Cassius querenti, quo tempore esset castra moturus, respondit: Veretis ne tubam non exaudias? Pari consilio Furius in locum iniquum coniectus spem vultu simulat, & agmen circumduxit, insciosque periculo exemit. Cl. Nero nix audax & tum quoque anticeps facinus, qui Hannibalem tam diu celauit, donec Asdrubalem occidisset. Mithridates Pompeium praeter eius castra vadens latuit. Hamilcar cum Siciliam peteret, tabellas dedit, non legendas nisi a praetoria aberrarent.

Proditor tantum occultandis consiliis facitur.

Proditor utendum.

§. 5. Interim proditoribus quoque uti ad celanda Consilia, atque in suum usum conuertere induitij est ducis. Ventidius, inquit Frontinus libr. 1. c. 1. Parthico bello aduersus Pacorum Regem, non ignarus Pharnenum quandam natione Cyresten, ex his, qui socii videbantur, omnia quae apud ipsos agebantur, nunciare Parthi; perfidiam Barbari ad utilitates suas conuertit. Nam quae maxime fieri cupiebant, ea vereri se ne acciderent: quae timebat, ea, ut euenirent optare se simulabat. Solicitus itaque ne Parthi ante transirent Euphratem, quam sibi superuenirent legiones, quas in Capadocia trans Taurum habebat studiose cum proditore egit, ut solenni perfidia Parthi suaderet, per Zeugma traicerent exercitum, quae & breuissimum iter est, & omisso alueo Euphrates decurrit. Namque si illac uenirent, assue-rabat se opportunitate collum vsurum ad eludendos sagittarios. Omnia autem vereri, si patientes campos processissent. Inducti hac affirmatione Barbari inferiore itinere per circuitum adduxerunt exercitum: dumque suscitatos ripas, & ob hoc operosiores pontes iungunt, instrumenta quoque moluntur, quadraginta amplius dies impenderunt: quo spacio Ventidius ad contrahendas est usus copias: eisque eriduo antequam Parthi adueniret receptis, acie commissa, vicit Parthos, & interfecit.

Nunquam deest illa occasio, maxime cum inter vicinos bella sunt, itaque aliud atque aliud instituire, ut hostes fallat, debet imperator, nec dubium, quin relaturi sint, qui praemium ex diuerso petunt. Prudens etiam T. Didij factum, is paucitati suorum diffidens, cum in aduentum earum legionum, quas expectabat, traheret bellum, & occurrere eis hostem reperisset, concinne aduocata aptari iussit milites ad pugnam, ac de industria negligenter custodiendi captiuos: ex quibus pauci, qui profugere, nuntiauerunt suis pugnam imminere. At illi suspitione praeterea deducere vires, omiserunt occurrere eis, quibus insidiabantur: legiones tutissime, nullo excipiente ad Didium peruenierunt. Front. libr. 1. cap. 8.

### CAPVT LIII.

#### Stipendia moderata & certa constituenda.

Sine stipendio militum. §. 1. Romani trecentos prope annos stipendium militi suo non dederunt, diuites enim in praelio mittebant, qui suo sumptu militiam tolerabant. Nec mirum ita fuisse, nam Reges eorum cum domi essent, varijs operibus eos mancipiorum instar attrituere, ut in cloacis, vijs, muris, fanis extruendis, adeo ut multi sponte mortem obirent. Optabile erat tam misere viuentibus bello oppetere, & pulchram per vulnera mortem adipisci.

Iustus Lipsius libr. 5. de militia Romana, aliquid tributum militi etiam ante arbitrat. Probat ex Dionysio. 5. & Liuius 1. 9. Sed publicum id fuisse putat in bellis sumptus. Addo interdum pro praemio militum haec exigere, vel in necessitate a ciuibz conferri solere.

§. 2. Pestea cum nimium grauis esset militia, si de

suo quisque militaret, bello Veienti stipendia constituta sunt, quae & *stipendia* vocantur, quod pro obsequio emendo darentur. Polybius stipendium pedites duos obolos accipiunt singulis diebus, duces ordinum duplum, equites drachmam. Ex calculo Iusti Lipsij erant in mensem deni denarii, hoc est, Philippaeus. Paruum nunc stipendium, eo tempore magnum, & quia nonum, etiam valde gratum in vulgus, ideo etiam diu mansit. Quod si rerum vilitatem spectemus, precium illud haud exiguum fuisse inueniemus.

§. 3. Tale fere stipendium apud Graecos erat. Lacedaemonij Daricum militi, duplum centurioni, quaduplum ductori *εκατον* promittunt. Xenoph. 1. 7. Athenienses in diem soluebant, drachma, quod largius erat, nam Daricus est viginti drachmarum.

§. 4. Omnino agendum, ut quemadmodum olim frumentum, ita nunc panis detur. Olim sane probrosum erat frumentum vendere, panem emere, At nunc cum nec frumentum detur, nec panis, pecunia facile absumitur, tum ad rapinas vertuntur.

Militi Romano dabatur modij quaterni in mensem, seruiorum hoc demensum erat, qui tamen aliquando & quinque modios acceperunt. Senec. Ep. 71. Equitibus triplum dabatur, hoc est, duodecim modij, ut seruos duos alere possent. Equites sociorum modios octo, quia teruis paucioribus erant contenti, accipiebant.

§. 5. Interim aurea consuetudo fuit, ad signa pecuniam deponere, ne facile absumerent eas milites, atque ut signa non facile desererent, de qua Veg. 1. 2. c. 20. Illud vero ab antiquis diuinitus institutum est, ut ex donatiuo quod milites consequuntur dimidia pars sequestraretur apud signa, & ibidem ipsis militibus seruaretur, ne per luxum aut inanum rerum comparationem a contubernaliibus possit absumi. Plerique enim homines, & praecipue pauperes tantum erogant quantum habere potuerint. Sepositio autem ista pecunia primum ipsis contubernaliibus docetur accommodari: (nam cum publica sustententur annona ex omnibus donatiuis augetur eorum pro medietate castrense peculium) Miles deinde qui sui sumptus apud signa depositos, de deferendo nihil cogitat, magis diligit signa: pro illis in acie fortius dimicat, more humani ingenii, ut pro illis habeat maximam curam, in quibus suam videt positam esse substantiam. Denique, decem folles, hoc est, decem sacci, per cohortes singulas ponebantur, in quibus hac ratio condebatur. Addebatur etiam saccus vndecimus, in quem tota legio aliquam particulam conferebat, sepultura scilicet causa, ut si quis ex contubernaliibus defecisset, de illo vndecimo sacco ad sepulturam ipsius promeretur expensa. Hac ratio apud signiferos (ut nunc dicunt) in cophino seruabatur. Et ideo signiferi non solum fideles, sed etiam literati homines deligebantur, qui & seruare deposita, & scirent singulis reddere rationem. Ingens saepe ad signa pecunia. Suet. in Domit. Geminari legionum castra prohibuit, nec plus mille nummos a quoquam ad signa deponi, quod L. Antonius apud duarum legionum hiberna, res nouas moliens, fiduciam cepisse ex depositorum summa videretur.

§. 6. Praeter ista dabant legumina, pila, lentem, falem. Plutarchus in Crasso, mali ominis rem putat, initio cum necessaria emerentur, datam lentem & falem, quod ista funebria haberentur. Caro Imperatoris, inquit Synesius *τὸ δέσπον ἢ, πρὶς τοῦ ἐσθλὸν ἔπος*, *δὲ ἐστὶ τὸ ἐμὴ χρεὶς ἀτὰρ τὰς χρεὶς τοῦ δέσπον*. Cena erat & pilis pridianum pulmentum, & in ipsa frusta aliquot fanae suillae carnis. Spartianus inter cibos castris recenset, Latidum, caseum, poscam.

Coctam carnem vendere Metellus vetuit, ipsi assabant aut elixabant. Hinc milium veru, & olla in suppellectile. Panem milites ipsi coquebant, inuili labore, cum facile a pistioribus coquantur pro ingenti multitudine.

§. 7.

Prima stipendia obsonia.

Daricus Graecorum stipendium.

Cibus dandus non tantum pecunia.

Demensum militum.

Pecunia ad signa deponenda.

Potentia communi.

Legumina data.

Pecunia stipendia.

Sociorum  
stipendia.

§.7. Hinc ita dabantur, ut tamen de stipendio aliquid detraheretur, certum scilicet pretium, sociis vero donabantur, credo eos minus stipendium à suis viribus accepisse.

§.8. Actuarij eum militibus pacificebantur, pecuniam annonamque mutuum dabant pro singulis solidis semissem accipere poterant, nec quicquam amplius, in omne tempus dilata solutionis. I. quicunque e de apochis publicis. I. iubemus c. de erogatione.

Frustrari  
stipendia  
militum  
varia arte  
sunt.

§.9. Magnae seditiones ob stipendia non soluta in exercitibus frequenter exorta sunt. Multa etiam inuenta ad pacandum militem. Interdum arte mala vsi sunt. Iphicrates cum ob stipendia miles concionem peteret, peritos linguae Persicae, & eo habitu subornauit, qui dicerent, aduenire stipendia, se praemissos, sic intermissa concio est. Demetrius cum stipendio careret, duplicem numerum militum conscripsit, ut hostis citius victos stipendia soluere coegeret. Antigonus victor, cum ante cuique Gallo se autem esse daturum promississet, illique pro pueris & mulieribus etiam flagitare, quod dictum esset; Vnicuique Gallo; minarenturque ob idibus mortem; Antigonus daturum dixit, iussitque venire qui acciperent, at illos detinuit, donec ob ides redderentur. Polyæn. l. 4.

§.10. Optimum cum fides est Reip. integra ex parabili materia, in necessitate nummos cadere. Perdicca stannum numum cudit, & pro eo suae regionis frumenta dedit. Veneti ad Tyrum pecunia scortea vsi sunt, publicam fidem postea praestante senatu. Cum externus miles est, & fides principis subiecta, illa ratio magis exasperat quam pacat exercitum.

## CAPVT LIV.

*Commeatus & stipendiorum ratio.*Commeatus  
ante o-  
mnia com-  
parandus.

§.1. AD stipendia seu obsonia pertinet commeatus militaris, si ultra enim omnia sunt, si miles eluitur. Verum quia hic opus est immenso sumptu & cura, ut detur tempori, & ne corrumpatur commeatus, separatim ea de re dicere malui.

§.2. Monarchae alicuius potentia ex commeatu multitudine & facilitate aestimanda est. Arte bellica Turca pollet, atque haec fere obseruat. Primo ut semper copias paratas habeat. 2. Ut praeuertat hostem. 3. Ut foedera cum hostium vicinis feriat. 4. Ut sensim regionem occupet. 5. Vtiles expeditiones capiat. 6. Quod maxime obstat regnantibus, ut fidem non seruet. Ea enim causa quos oblidet ad extrema sese defendunt. Qui de eius potentia scribitur, vires eius supra modum attollunt. Ad bellicos apparatus quod attinet, aiunt, habet sane ingentes ac pene incredibiles. Tormenta habet innumera. Et tota Hungaria quinque millia abduxit; quingenta de Cipro; EGuletto non multo pauciora. Tam immani magnitudine apud Turcas sunt machinae, ut strepitu non solum tantum muros demoliantur. Cum Rege Hispaniarum nunquam totis viribus contasse constat, quauis vires ex praelio metiri non oporteat. Ego vero hanc potentiam quadruplo maiorem fore affirmo, si commeatum, hoc est, agriculturam rationem ducat, nunc enim saepe destituitur, cum tamen ex sola Aegypto possit ducenta vel trecenta militum millia alere. Sed noluit Deus tam saeuum Tyrannum omnibus rebus pollentem esse. Tam saeuam beluam pabulum minuit.

Potentia in  
commeatu.

§.3. Hoc igitur agendum, ut militum mendicitas prohibeatur, cibum habeant, ceteraque quibus humana natura doleat negatis. Sed paruo contenta sint castra. Persae pane & aqua & interdum nauturcio vscebantur, nunc mendici cum pennam Galero affixerunt, insolentissime delicias quarunt. Auidius Celsus Imperator Laridum & Buccellatum tantum feri-

re permisit. Volcatius in Auidio. Scipio, ut Appianus ait, frumentationes magna industria faciebat, locum circumdabat, quem demessurus erat, ipse cum delectis turmis circum equitabat, qua ratione insidiatores Afros eludit. Annonam interdum à militibus Tribuni accipiebant, quod Theodosius vetuit. I. septem. c. de erogatione annonae militaris. Alexander capitali supplicio Tribunos affecit, qui id facerent, qui per stellaturas aliquid abstulissent. Iustiniani quoque; lex est l. secunda §. pro limitaneis c. de officio Praep. africar.

Messum  
ibant legio-  
nes.

§.4. Hostem fame vincere optimum Caesar iudicauit. Corbulo dolabrâ; Quod n. sudore effici potest, ad hoc sanguine non est opus. Caesar diligentissime semper egit, ut inopia hostem ad pugnam coegeret. Marius semper sibi prospexit, ne inopia commeatus ad pugnam inuitus cogi posset.

§.5. Huc etiam refertur cura chirurgorum & vulneratorum, ut quam plurimi sint in castris, ut aegri foueantur. Cura sanitatis magna habenda, quod arte habitates facillime pestem vulgunt, itaque aer, aqua, terra, frigora, calores, vestes, exercitia omnia eo referenda, ut miles sanus vegetusque persistat.

Sanitas con-  
seruanda.

§.6. Belli sumptus si quis considerare velit, quamuis indies augeantur, ex Catalogo Ranzouiano paradigma capere poterit. l. i. c. 7. Ducis vnius legionis ad sui sustentationem singulis mensibus dati 400 flor. Pro comitatu ac ministris eiusdem, qui sunt: Satellitum octo pratorianorum, Equitatus totidem Equitum, Curru vnicuique, tympanista, Tubicen, Concionator, Scriba, interpres, Eques emissarius, praenuntius & c. dati 200 flor. Pratori militari 40 flor. Praefectorum capitalium 40 flor. Praefecto vigilium 40 flor. Designatori diuersorum 40 flor. Scribae legionario 40 flor. Administratori iudicii 32 flor. Scribae iudiciali 32 flor. Decem ductoribus ordinum 120 flor. Calorum & luxuriam praefecto 8 flor. Carceris praefecto 12 flor. Sex licitoribus 48 flor. Carnifici 16 flor. Summa 1068 flor. Haec summa data fuit singulis mensibus Ducis ac ministris vnius legionis, quae constituit per integrum annum 12816 flor. Pecunia cursoria siue conducticia loco in singulas cohortes accipere capitanei 500 flor. in singulos milites 1 flor. 10. Batziones. Quod ad militum stipendia attinet, idem Imperator (quod & in Romani Imperii decretis, de contributionibus vniuersalibus faciendum, obseruatur), in singulos menses constituit pediti 4 flor. Equiti vero 12. floren. Prerogative autem siue extraordinaria stipendia ac honoraria potius in singulos menses ducibus ac praefectis singularum cohortum Equitum, quas vulgo vexilla vocant, constituta sunt: Ducitori Equitum 200 flor. Magistro equitum 100 flor. Legato 32 flor. Signifero 50 flor. Summa 382 flor. Porro duodenis equitibus assignatur veredus & quadriga: ex quibus illi simplex soluitur stipendium, huic duplex. Hinc igitur instituta supputatione colligere aliquo modo possumus, quantae summa pecunia ad mensuram aut ad annua stipendia, magni aut parui exercitus requiratur. Nam ponamus exempli loco, Regem quandam decreuisse bellum, ad quod gerendum conscribere velit exercitum. 46200. virorum, inter quos sint 6000. Equites, 40200. pedites: quantum fere exercitum Rex vnus contra alterum verisimiliter educit. Iam consulat cum suis de sumptibus mensuris, atque annuis, quos stipendia tot militum assument. Itaque ex modo positae numerationem huiusmodi instituet.

Sumptus  
ingentes.

Pro peditatu 40200. virorum.

Numerus peditum constituit 134. cohortes. Cohors autem vna habet vulgato more 300. milites, inter quos plerumque sunt 56. dupliciarii, nimirum 82. hastati, qui loricati longis hastilibus vtuntur, & 10. Sclopetarii ante signani, quos voco eos, qui bombardas grandiores, & horridioris soni furculis impositas disflodant. Quibus dupliciariis (quod & nomen inuit) bina stipendia competunt. Igitur ad alendam vniam cohortem, praeter capitanei ac ceterorum praefectorum stipendia, singulis requiruntur mensibus 1584. flor. totius anni spatio 19008. flor. Hinc ad 134. cohortes pro mensuris stipendiis numerantur 212256 flor. pro annuis 2547072 flor.

Nunc sti-  
pendia au-  
ta sunt, ita  
multo ma-  
iores sum-  
ptus.

Pro

Perca sunt  
castra.